UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

A Ante Q

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

Aprutiū. Italię regio inter Apuliam ⁊ Picenum: hęc etiā Samniū dicebatur vbi multi populi erāt. In ea ciuitates Aquila Adria Sulmo Ortona Arpinum Aquinum ⁊ multę alię.

Apprime penul. pro. aduerbiū ab apprimis quod eſt longe primus: vt ſcribit Gel. Unde apprime ſignificat imprimis/egregie/valde. Terentius in And. Id arbitror in vita apprime vtile eſſe.

Approbus penul. cor. valde probus. Gelli Et in verſu eſt Cecilij poete Comici Hierocles hoſpes eſt mihi adoleſcens approbus.

Apricus penulti. ꝓduc. locus ſoli expoſitus: quaſi ſine frigore. α greco φρικη qꝺ horrorem ſignificat. Uñ etiā putatur aphrica dici. Uar. Aprica ſit terra vbi ſeras violam et hortos facias ꝙ ea ſole nutriantur: ſed φ aſpirata cōuertit̃ in π ſuam tenuem. Apricus homo: et Aprica auis quę ſole gaudet. Uirgili⁹. Et apricis ſtatio gratiſſima mergis.

Apricari eſt in aprico loco eſſe: vel aeris amęnitate vti vel caleſcere. Uar. in miniſterijs. Licet videre multos quotidie in hyeme in ſole apricari. Plyni. libro xxxvj. de columbis Apricantur alię ſcalpentes ſeſe. Cice. in Cato; Ubi eñ poteſt illa ętas aut caleſcere vel apricatione melius vel igni: aut viciſſim vmbris aquiſue refrigerari ſalubrius.

Aprilis menſis dictus eſt quaſi aperilis ꝙ terrā aperiat: quia verna temperie plantarū germina aperiant̃. Uel dicit̃ aprilis quaſi aphrilis ab αφροσ ſpuma cū ex maris ſpuma nata ſit Uenus.

Aproſopos penul. produ. latine imperſonalis dicitur το προσωπον perſona grece appellatur.

Apſorus inſula in mari adriatico adiacens liburnię: in qua ciuitas eodē noīe vt Ptol. lib. j. ſcribit.

Abſis idis. curuatura rotę teſtudo: vide ī dictōe abſis.

Aptus a. um. ſicut lib. iiij. con. docet Aug. dicit̃ qꝺ ad aliquid accomodatum eſt. Perſius. Non ego cum ſcribo ſi forte quid aptus exit. Interdum aptum dicitur neceſſarium. Cicero libro. iij. de fi. Itaq̃ natura ſumus apti ad totius conſilia ciuitatis. Interdum elegans: vt apud eundem lib. ij. de Orat. Ita porro verbis eſt aptus et preſſus: vt neſcias vtrum res oratione: an verba ſententijs illuſtrentur. Et de offi. Ut eñ pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos. Interdum connexum. Uirg. lib. iij. Georg. Ipſos e torquibus aptos iūge pares. Interdum adeptum. Uar. Ea oīibus oſtendat quę bella aptus eſt. Huius compoſitum et contrarium eſt ineptus.

Apto as. cōuenienter aliquid rei alicui iungo ſeu accōmodo. Et ꝯſtruit̃ cū datiuo vel accuſatiuo mediante ad Cice. lib. j. phil. Cuius deniq̃ fortunę ſtudia tam laudi ac gratulationi tuę ſe non aptarint. Amb. Ita ad menſurā corpuſculi eius aptauerat indumentum et tam nimio fulgore conſpicuū: vt nullus dubitaret hoc niſi manibus angelicis ꝓparatū. Huius compoſita ſunt adapto et coapto.

Aptotum, penultima produ. dicitur ſine caſu ab α ſine και πτωσισ caſus απο του πιπτω. μ. πεσουμαι πηπτωκα.

Apulia: italię regio mari hadriatico contermina inter dauniam ⁊ calabriā: quę ⁊ iapygia ab iapyge dedali filio qui eam regionez tenuit vſq̃ ad dauniam dicta eſt: huius nominis prima corre. licet Appulus illam producat et ob id ꝑ duplex pp. ſcribitur Apulia per ſimplex. Et ſecūda in Appulus ſit correpta in appulia ꝓducta. Iuue. Uendit agros ſed maiores appulia vendit. Luc. lib. v. Appulus hadriacas exit garganus in vndas. Hora. tñ ꝓduxit ſecūdā. Sʒ prius appulis iunget̃ caprea lupis.

Aſcen. Uerſus iſte mendoſus Horatianus non eſt.

Apud prepoſitio eſt quę nunq̃ cōpoſita reperitur: appoſita vero cauſalib⁹: qñq̃ locum denotat: vt apud Mantuā hęc ſcripſi. Qñq̃ perſonā: vt apud regem. Qñdoq̃ loci ⁊ perſonę ꝯiunctionē: vt cęnaui apud Pompeium. Sed cū ad perſonam refertur plerūq̃ familiaritatē ſignificat nō dominiū: vt fui apud te. i. tecū/vel domi tuę. Melius tñ locis ſeruit: vt apud forū te vidi. Ponitur interdū ꝓ in. Teren. in And. Apud forum modo ibo. Penes vero ⁊ poteſtatē et ꝑſonā ⁊ dominiū. Ouid. lib. j. faſ. Me penes ē vnū vaſti cuſtodia mūdi. Qñq̃ etiā ſine dñio: vt fides penes auctores ē. i. apud Relatū ad ꝑſonā etiā interdū denotat vituperationē. Culpa videat̃ penes patrē. Interdum laudem. Cice. Penes quos laus adhuc fuit. Interdū cōmodum ⁊ incommodū. Li. Penes eoſdē pericula belli: penes quos premia eſſent. Seruit etiā loco. Cice. ad Heren. Ita petulans eſt atq̃ acer vt ne ad ſolariū quidē vt mihi videt̃ ſed penes ſcenā ⁊ in eiuſmodi exercitat⁹ ſis locis. i. apud ſcenā. Dicim⁹ etiā penes te eſt laus mea: quaſi in manu tua arbitrium vitę meę penes te eſt.

Apyrena alij apyrina mala dicuntur punica: ſiue granata ꝓprie dulcia. Seneca ad Lucil. Sic imperturbatus ſapiens dicit̃ quo modo apyrena dicuntur nō quibus nulla duricia ē granorum: ſed quibus minor. Dicuntur autem granata a granis: punica a regione Ariſtoteles tamē in fine lib. ij. meteorologicorū λαλαεισ τουναντιονγησ πυκνοτητοσ αναγ και ον γινεται την εκθλιψιν οιον οι πυρηνεσ οι εκ των δακτυλων πεδωντεσ. i. ſed ad contrariū inſpiſſationis neceſſarium eſt fieri extruſione quemadmodum ipſe baccę oſſa ceraſorum ex digitis exilientes: ſed ſunt Ariſtotelis traductiones mendoſiſſimę: forſan tamen per quandam ſimilitudinem grana quia ignita pomorū illorū dicūtur: et a modo priuat modo auget ſignificatum.

Apyrotus penul. ꝓdu. gēma cui ignis nō nocet. Dicit̃ et Apyraſta carbūculus ꝙ ignem nō ſentiat.

A Ante Q.

Aqua: componi videt̃ ex a ⁊ qua: quaſi a qua viuam⁹. Eſtq̃ elementū qꝺ ab ęqualitate dicit̃. Nihil ē enim illa dum quieſcit ęquabilius.

Aquula diminutiuū. Cic. lib. de Orat. Quę mihi videtur nō tam ipſa aquula quę deſcribitur q̃ꝫ Platonis oratione creuiſſe.

Aquagium quaſi aquę agium. Eſt enim aquęductus.

Aquarius aquarij: vndecimū ſignū ʒodiaci eſt poſt capricornum. Hic fertur Ganymedes qui pocula dijs miniſtrat per quē Ianuariū intelligimus. xv. Calen. Feb: incipit exoriri. Hūc Iuppiter ei⁹ pulchritudine captus ab aquila in cęlum raptum miniſtrum ſuum feciſſe exiſtimatur.

Aquarius a. um. quod ad aquā ꝑtinet: vt cos aquaria: res aquaria. Gel. Re aquaria defectos. Plyni⁹. lib. xxxiiij. Quippe cū in exacuēdo oleares cotes ⁊ aquarię differant oleo delicatior et fiat acies. Aquarius ſulcus qui aquā educit. Colu. lib. ij. Crebroſq̃ ſulcos aquarios quos ⁊ nōnulli elices vocant.

Aquarium ſiue aquariolum locus in quē ſordida aqua iactat̃: qui ⁊ lauatrina a lauando appellatur.

Aqueus a. um. quod ex aqua eſt: vt color aqueus.

Aquatus a. um. aqua infuſum: vt aquatum vinū. Hieronymus. Uinum ſi aquatius bibitur calix frangitur menſa ſubuertitur.

Aquaticus a. um. qꝺ in aqua degit: ſicut terreſtris qui in terra viuit. Ply. Terreſtres et aquatici piſces.

Aquatilis penulti. cor. idē quod aquaticus. Aug. lib. viij. de ci. dei. Qui tamen longe ꝑponit̃ animalibus aquatilibus cum ipſas aquas terris ꝑponat Plato.

Aqualis generis maſ. genus vaſis ad aquam tenendã qđ ⁊ matula dicit̃. Plau. Date iſti ſellã/ vt ſedeat: et aqualim cum aqua.

Aqualicus penul. correpta: aluus vbi ſordes defluunt. Apicius. Reples aqualicũ: ſicut laxamẽtum habet: ne diſſiliat in coctura.

Aqualiculus diminutiuũ eſt ab aqualicus ⁊ vas vocat̃ in quo porci ſorbent: per tranſlationẽ ꝓ ventre ſiue aluo ſumitur tam occulta ꝗ͂ apparẽte: in qua ſordes fluunt de hoĩe dicitur Perſi. Nugaris cũ tibi calue Pinguis aqualiculus ꝓpenſo ſeſq̃pede extet. Hierony. Alius tumet aqualiculo mortẽ parturit: alius elinguis ⁊ mutus. Idez. Protenſus eſt aqualiculus inſurgunt humeri/ turget guttur.

Aquilex penulti. cor. qui aquam colligit. Var. At hoc pacto vtilior te thuſcus aquilex.

Aquilegium: aquę collectio. Plaut. Si pluet aquilegio me iuuabo.

Aquelicium dicitur cum aqua pluuialis remedijs quibuſdam elicitur.

Aquileia vrbs carnorum metropolis iuxta quã defluit Timauus a legendis aquis dicta. Mar. Et tu ledeo felix aquileia Timauo. Plyni. Aquileiã collocat in decima regione Italię. Fuit autem Romanorũ colonia. xij. M. paſſibus a mari ſita. Ad eam flumine aduerſo onerarijs nauigatur nauib⁹ ꝑ natiſonẽ fluuiũ. Ex hac orti ſunt. Chromatius ad quẽ Hier. ſepe ſcripſit et Rufinus grece latineq́ʒ erudit⁹ qui Ioſephũ conuertit in latinum: cuius originalis eſt mediolani in ſancti ambroſij fano longobardis characteribus carioſiſſimus.

Aquitania regio et tertia gallię pars: ab obliq̃s aquis ligeris. Hęc a Circio oceanũ habet qui aquitaticus ſinus dicit̃. Ab occaſu Hiſpaniam. A ſeptentrione Lugdunenſem prouinciam. In ea Lugdunũ ⁊ Burdigala ciuitates. Hinc aquitan⁹/ aquitana/ aquitanũ. Unde Aquitani populi.

Aquiminaria dicũt̃ oĩa vaſa deferẽdis aq̃s deputata.

Aquo as. et aquor aris. aquam haurio/ ſiue aquã fero. Curtius. Cum miles aquatu profectus eſſet. Virg. Sub męnibus vrbis aquantur.

Aquoſus a. um. qđ copiã aquę habet: vt hyems aquoſa. Col. lib. iij. de ficis. Locis inq̃t frigidis ⁊ autũni temporibus aquoſi pręcoques ſerito. Huius contrarium eſt inaquoſus.

Aquę. arum. vrbs gallię ciſalpinę iuxta quã ſunt aquę calidę quę ęgros curare ſolent.

Aqua intercus aquę intercutis: hydropũ morb⁹ quaſi aqua inter cutẽ. Cice. lib. iij. offi. Si quis medicamẽtum cuipiam dederit ad aquã intercutem. Nã intercus dicitur aqua quam gręci hydropa vocant: vt ait Priſci. Aqua enim inter cutem male habet auctore Celſo qui morbus acutus eſt. Plynius hunc morbũ aquę ſubtercutem fuſę nominat.

Aquilus color fuſcus et ſubniger ab aqua. Nam cum antiqui duos omnino naturales colores vocẽt albũ ſ. et nigrũ interuenit aũt is q̃q́ʒ qui ita neutri ſimilis eſſet: vt tñ ab vtroq́ʒ ꝓprietatẽ trahat potiſſimũ ab aqua eum noĩauerũt cuius incertus eſt color.

Aquilius cognomen factum a colore ſubnigro.

Aquila: auis ab aquę colore: ſiue ab acute videndo dicta. Ferunt cũ ſenuerit aquila grauant̃ pennę ⁊ ipſi⁹ oculi queritq́ʒ fontẽ ⁊ erigit pennas: colligit in ſe colorãs/ ⁊ ſic oculi eius ſanant̃ et in fontẽ ſe ter mergit et ita ad iuuentutem redit.

Aquiliferi dicti ſũt ſigniferi in romana militia ab aquila quam Romanis legionibus Marius in ſecundo conſulatu ſuo proprie dicauit. Habuerũt et romani q̃ttuor alia ſigna: videlicʒ lupos/ minotauros/ equos: apros: quę ſingulos ordines anteibant. ſcribit Vege. Primũ ſignum totius legionis eſſe aquilã quam aquilifer portat. Idem draconarios appellat ſigniferos a draconibus: qui per ſingulas cohortes ferebantur ad prelium.

Aquilo penulti. correpta: ventus dictus a vehemẽtiſſimo volatu inſtar aquilę. Hic boreas grece dicit̃ ſiccus et frigidus. De quo Ouid. li. vj. met. Apta mihi vis eſt qua triſtia nubila pello. Et freta concutio: nodoſaq́ʒ robora verto: Induroq́ʒ niues ⁊ terras grandine pulſo. Idem ego cum fratres cęlo ſum nactus aperto. Nam mihi campus is eſt tanto molimine luctor: Ut medius noſtris ꝯcurſibus inſonet ęther. Exiliantóʒ cauis eliſi nubibus ignes. Idem ego cur ſubij cõuexa foramina terrę Suppoſuiq́ʒ ferox imis mea terga cauernis: Sollicito manes totumq́ʒ tremoribus orbem. Flat ab ęſtiua ⁊ ſoliſtitiali plaga orientis: aquilones etiam dicuutur venti: qui octo ferme diebus exortũ caniculę antecedunt: et perflant diebus. xl. quos vocant eteſias et prodromos quaſi precurſores.

Aquifolia arbor ex genere ilicis: quam gręci ſimilacem vocant.

A Ante R

Ara quę anſa vt Varroni placet dicta eſt. Vaſa enim erant quę tripodes dicebantur: ꝙ eſſet neceſſarium a ſacrificantibus teneri: anſis autem teneri vaſa ſolere manifeſtũ eſt. Qm̃ ergo qui immolabant non modo deos voce precabant̃: ſed etiã manib⁹ aras apprendebant: primo anſe dictę: deinde cõmutatiõe litterarum arę vocari ceptę. Hinc Virg. Talibus orantẽ dictis araſq́ʒ tenentẽ. Sunt qui aras ab ardendo deriuẽt ꝙ in his victimę adolerent̃. Alij ab αρᾶομαι verbo gręco quod eſt oro. Et αρα oratio dicitur: ꝙ in ſacrificãdo oretur. Et habet primam ꝓductã. Eſt etiam Ara ciuitas arabię regia: necnon ⁊ inſula arabię adiacẽs: vt ſcribit Ptolo. Hara vero cũ h. habet primã correptã: ⁊ ſignificat porcoꝝ ſeu auiũ ſtabulũ. Ouid. Tertius immundę cura fidelis harę. Quidã etiã aiũt haram ſignificare auẽ quandã auguralem. Unde deducunt̃ hariolus/ hariolor/ haruſpex/ haruſpicium/ haruſpicina/ et haringa.

Arachoſia/ regio maioris aſię: in qua alexãdria et arachotus ciuitates.

Arabia regio inter Iudeam et Aegyptum: ab arabo Apollinis ex Babylone filio. Solinus arabiam interpretatur ſacrã. Eſt autem triplex arabia ſm̃ Ply. lib. ij. Una felix. Altera petrea. Alia deſerta. Quidã arabiam panchaiam ⁊ ſabeorũ gentez eandem eſſe exiſtimãt in qua thus naſcitur. Virgilius. Solis eſt thurea virga ſabeis. Idem. Totaq́ʒ thuriferis panchaia pinguis arenis. In ea mons ſyna qui et Oreb in quo Moyſes legem accepit. In ea Phenix auis naſcitur et ſardonix gemma. Ab arabia fiunt adiectiua/ arabs/ arabius/ arabus/ arabicus: pro eo ꝙ eſt ex arabia. Virg. lib. vij. Hyrcaniſue arabiſue parant. Proper. Nec ſi qua arabio lucet bombyce puella. Et alibi. Et domus in tectis te tremit arabię: vbi videt̃ ꝙ debeat ſcribi per geminũ. rr.

Arabarches/ arabũ princeps/ vel ex ꝑmis arabie ſicut lybiarches lybie ꝑnceps. Iuuena. Atq́ʒ triũphales inter quas auſus habere: Neſcio quis titulos egyptius atq́ʒ arabarches.

Arachne nomen mulieris lydę quę de lanificio auſa eſt cũ pallade certare: ſed victrix dea arachnem percuſſam radio in araneã cõmutauit. Hoc a poetis fictũ eſt: conſtat em̃ auctore Plyn. Arachnen linũ ⁊ retia inueniſſe cui⁹ filius cloſter fuſos in lanificio inuenit. Hoc etiã nomine (vt ſcribit Liuius) dicta ẽ ciuitas theſſalię: cur autẽ dicat̃ et quid ſit magnis ratiõibus